

studiorum gratia in Academiam vestram oblegasse,
ut et disciplinis honestioribus et moribus cultioribus ve-
stra opera et industria imprimè in vobis olim patricia et
genti nostra, nupprimis vero gloria ac honori Dei u-
tilius inferuisse possit. Huic sua celsit. sancto propo-
sito obstiti ut non potui ita nec debui, praesertim cum
ab ipsis propriè in curabilis sub singulationem suam suscipere
cum curam clementer dignatus sit. Eum quidem ipse
quoque de meliore nota Reverendissima paternitati vestrae
quam commendatissimum esse volo. omnipè canonans,
inò per viscera charitatis obtestans, suscipiat atque ex-
cipiat, eo, quo par est est vultu, amplectaturque favore
singulari, ac successibus eiq. fauceat modis omnibus. Quod
si ferent (quod non dubito) sentiet nos omni occasione
tibi gratos. Eandem diutissime feliciter una cum suis
valere animatus cupio. Datum in aere Waradensi, die 12.
Mensis Martij Anno 1619.

Reverendissima Paternitatis
vestrae

Fautor paratissimus
Stephanus Bethlen
comes manu p[ro]p[ri]a
Aria.

229
D. Parens

Generoso Comiti
D. Stephano Bethlen.

Gratiam et benedictionem à Deo Serva-
tore nostro, cum precibus et obsequiis
meis humillimis.

Illustris et Generosissime Domine Comes: Domine
honoratissime. Novi quanta sit Parentum cordibus divinitus
insita sollicitudo in liberos, praesertim filios tenellos tantae
sui: Tamen et cor ipsum nostrum dare Deo, dare patriae,
dare nobis et amicis, durum vel grave esse non debet.
Totum hoc fecit nunc Illustris Generositas Tua, authen-
do modicum à corde suo filium dilectum, Illustris et Gene-
rosam Dominum Stephanum s. quem adolescentiae florem
quam

293
quam pulchellam!) ut Deo, ut patriæ, ut parenti, ut sibi,
ut denique serenissimo Principi in spem et rem magnam
subolescat; cito cum bono Deo recreaturus letiores, quos
nunc parentes reliquit tristiores. Appulit huc divinam
gratiã salvus cum omnibus suis, hodieq; michi s. fausto
omine: Rectori Academiæ presentatus et pro more
immatriculatus. Nobis igitur nunc filius: sepositã
paucam dignitatẽ avita personã ad humilitatem scho-
lasticam nobiscum condescendet, ut bonis literis, vir-
tute et pietate cum etate adultior, majori eandem
decore et authoritate eandem resumat, sustineatq;
sunt enim Musarum radices esse amara, fructus vero
dulces. Ephoros habet perspecte doctrinã et industriã
viros, quibus in moderanda studiorum ratione pro
viril: non sum defuturus, deq; hæc, quantum repente
cogitari à nobis potuit, ex Magnifico Domino Stepha-
no Legato Illustris Generositatis Tua aliquid intell-
get, donec ex usu disponamus singula: de ceteris
solicitudinem paternam non exuat Deus: qui enim
hoc possit? sed mitiget humiliter oro. Erit enim
filius michi Academiãq; universã, tam privatim,
tam in sollemnitatibus actibusq; publicis quam con-
mendatissimus. Pro Keymyliis, quod per D. Soythi
apud me clementer deposuit, Illustris Generositati
Tuae reverenter gratias ago, precibusq; meis ad Deum
cum aliter vix possim, pensare studebo: eundem toto
pectore comprecans, ut Illustris Generositatem
Tuam cum tota familia incolumem quam distissime
conservet. Heidelbergæ 19 Aprilis stylis veteri.
Anno ibiq;